

1572. ij. 18. Augusti

Ex operibus inpr. Hosii

269

Alexandro cardinali Farnesio regni Polonia pro-
tectori Stanislaus Hosius

Respondet ad consolatorias de morte Sigismundi
regis scriptas.

65

Mox immatura serenissimi regis mei non facile
crediderim quod majorem cuiquam dolorem attulerit, quã
michi nec enim ea sola causa merendi mihi est, quod
mearum fortunarum parente sum orbatus, verum et,
am quod eo tempore accidit, quo maximum patriã meã
periculam impendere video, quam gravibus nunc tem-
pestatibus et procellis jactati sic animo perspicere vide,
et licet ea quæ cernuntur oculis, quæ res fieri non po-
test, quin animum meum vehementer perturbet. Ex quo
tempore mortuus esse dicitur, nullas ex patria mea pro-
sus literas accepi, ac ne de morte quidem significationem
ullam. Ad quem alium confugiam nescio, præterquam
ad eum, qui regnum omnium auctor, protector, et cu-
stos est, ut is non faciat nobis secundum peccata no-
stra quæ gravissimas plagas merentur, sed secundum
magnam misericordiam suam, deque rege sibi gratò
celeriter provideat, qui catholice fidei sit acerrimus
propugnator. Utinam penes quos est eligendi potestas,
que felicitet et celeriter, ut nos in conclavi Pontificis, re-
gis eligendi negotium conficiant. Quod autem Ill. d. vi. tam
benigne mihi studium suum defert ringentes ago gra-
tias, pridem respice sum expectus singularitatem illius
et erga patriam meam et erga me ipsam beneficentiã
et præclaram voluntatem. Fortassis autem non abs-
re fecerit ill. d. vi. si saltem ad episcopos regni literas
suas dederit, quibus eos admoneat, et repositis omnibus
animorum diffidiis non aliam in curam incumbant
quam ut celeriter eum regem eligendum curent, qui
sucto fidei catholice ministrus, et regni et religionis hostes

omnes

omnes facile possit a suis finibus propulsare, quod uim
sit regni protector, decere personam illius existimo. Subla,
ci 18. Augusti 1572.

[Faint, mostly illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. A large red mark is visible on the left side.]